443. S. BERNARDI Abb. Clareuall. Epistolae cum aliis eiusd. tractatibus. *Praeit fol.* 1 — 3. Tabula Epl'arum. Beati. Bernhardi Abbatis. Clarevallen. (*Extat in aliis exemplis in fine tabula haec*) *Fol.* 4. *col.* 1. *l.* 22. *praemisso argumento:* Incipit. Epistola. Sancti bernardi. Abbatis Clareuallensis. Ad robertum nepotem suum qui de ordine cisterciensi ad cluniacenses transierat. *In fine:* Expliciunt. Eple. Beati. Bernardi. Abbatis. Clareuallen. *Fol. sq.* Tractatus Bernardi &c. de miseria et breuitate huius vite. & de vera scientia Incipit feliciter. *Hunc excipiunt* Tractatus de tentationibus et otio: de bona et mala voluntate. Speculum super emendatione vite hominis religiosi. Liber de gratia et libero arbitrio. Agmen claudit: *Apologia* ad Cluniacenses de concordia ordinum. *In fine: Beati Bernardi Abbatis Clareuallen Ad. Cluniacen. de Concordia ordinum siue excusatio eius ad eosdem. Finit feliciter. Char. goth. min. sine sign. cust. & pagg. num. col.* 2. *lin.* 60. & 61. *foll.* 89. *fol. max.*
Bibl. P. Nor. Denis Suppl. p. 509. *Braun I. p.* 26. *Helmschr. II. p.* 63. *Laire Ind. I. p.* 92.

444. Historiae Ecclesiasticae Divi EVSEBII Caesariensis Episcopi Libri XI. interprete Ruffino. *In fronte fol.* 1. *a. col.* 1. Prologus. Beati. Jheronimi presbiteri in historias. Ecclesiasticas. Diui. Eusebii. Cesariensis. Episcopi Incipit feliciter. *fol. eod. b. col.* 1. *lin.* 11. Finit. Prologus. Sequuntur. Capitula libri primi. *fol. eod. b. col.* 2. *l.* 9. 10. Historie ecclesiastice. Diui. Eusebii Cesariensis. Epi incipiunt feliciter. *Fol.* 128. *b. col.* 2. *opus finitur. In fine lin.* 16. 17. 18. *Libri Historie Ecclesiastice. Diui Eusebii. Cesariensis. Epi. Finiunt feliciter. Char. goth. min. sine cust. sign. & pagg. num. col.* 2. *lin.* 40. *fol. min.*
Bibl. P. Nor. Denis Suppl p. 560. *Braun I. p.* 27. *Laire Ind. I. p.* 129. *n.* 79. *ubi ad Conr. Fynerum pertinere asseritur — male!*

445. Venerabilis BEDAE Presbyteri Historia ecclesiastica gentis Anglorum. *Praecedit fol.* 1. *a. Praefatio seu dedicatio* (G) loriosissimo regi. Cioluuleo beda famulus Cristi et presbyter. *Eod. fol. col.* 4. Incipiunt capitula hystoriarum gestis (sic) anglorum. *In*

 fine

fine post capitulum 26. libri quinti: Finiunt libri historie ecclesiastice gestis anglorum. *Char. eod. goth. min. sine sign. cust. & pagg. num. col. 2. lin. 40. foll. 97. fol.*

Strauss opp. rar. p. 2. Denis Suppl. p. 507. Laire Ind. I. p. 470. ubi Conr. Fyner datur. Sunt vero char. Eggesteinii.

* 446. LVDOLPHI Rectoris in Suchen Descriptio terrae sanctae et Itineris sui Hiersolymitani. *Praemittitur fol. 1. a. b.* Registrum de itinere ad terram sanctam. *fol. 2. a. Incipit dedicatio* ad Baldewinum de Steinuordia episcopum Padebornens. *cum sequenti inscriptione:* De terra sancta et itinere iherosolomitano et de statu eius et aliis mirabilibus, quae in mari conspiciuntur videlicet mediterraneo. *In fine fol. 34. b. col. 1. lin. 27: Finit feliciter libellus de itinere ad terram sanctam. Char. goth. min. sine cust. sign. & pagg. num. col. 2. lin. 42. fol. min.*

Helmschrott II. p. 64.

447. LVDOLPHI Rectoris in Suchen Descriptio terrae sanctae et Itineris sui Hierosolymitani. *Lineis non interruptis differt a praecedenti editione, caeterum cum illa convenit. Praecedit fol. 1. a. b. col. 2.* Registrum. *Fol. 2. a.* incipit descriptio itineris, quam praecedit dedicatio, et dedicationis inscriptio. *Fol. 2. b. l. 11.* finitur dedicatio. *Eadem linea incipit opus cum inscriptione sectionis primae.* De licentia apl'ica (apostolica.) *Eod. fol. b. lin. 31.* De Constantinopoli civitate. *Fol. 34. b.* opus terminatur. *lin. 10. Conclusio Finalis lin. 18. Finit feliciter libellus de itinere ad terram sanctam 2c. Char. eod. goth. min. sine cust. sign. & pagg. num. lineis non interruptis 41. fol. min.*

Bibl. P. Nor. Coll. nostra. Helmsch. II. p. 64. Laire II. p. 152. ubi Conr. Fyner datur — male! Denis Suppl. p. 672. forte?

* 448. Speculum Sapientiae B. CYRILLI episcopi. *In fronte fol. 1. a.* Speculum Sapientie beati Cirilli episcopi alias quadripertitus apologieticus vocatus In cuius quidem prouerbiis omnis et totius sapientie speculum claret. Feliciter incipit. *Sequitur immediate* Hic prologus. *fol. 1. b.* Incipit capitulum primum. *In fine fol. 41. b.* Speculum Sapientie — finit feliciter. *Sequitur fol. 42.* Registrum, in cuius fine fol. eod. b. *Explicit tabula seu repertorium capitulorum apologietici quadripartiti Cirili.* Accedit lin 7. explicatio vocis Apologus. *Char. eod. goth. sine sign. cust. & pagg. num. lin. 41. fol. min.*

Bibl. P. Nor. Helmschr. II. p. 64. Laire Ind. I. p. 123. per Conr. Fyner — perperam.

449. JOANNIS PETRI DE FERRARIIS practica nova Juris. *Praeit* duplex tabula (in quibusdam exemplis est in fine). *Fol. 10. a.* incipit opus nullo praefixo titulo. *In fine fol. ult. b. Explicit practica nova composita per famosissimum nec non eximium legum doctorem Johannem petrum de Ferrariis filium quondam egregii doctoris domini Augustini ciuis inclite civitat. Pap. Char. goth. minor. sine cust. sign. & pagg. num. col. 2. fol.*

Seemiller I. p. 137. n. XCIV. Denis Suppl. p. 563. Helmschrott II. p. 63.

450. JOANNIS PETRI DE FERRARIIS Practica nova. *In fine:* Explicit practica nova composita per famosissimum nec non eximium legum doctorem Johannem petri de ferrariis de papia. *Char. goth. Henrici Eggesteyn (ex mente Cl. Seemilleri) sine cust. sign. & pagg. num. lin. 56. foll. 232. fol. mai.*

Editio a praecedenti diversa. Seemiller I. p. 137. n. XLV. Denis Suppl. p. 563. Bibl. P. Nor. An ad typograph. Eggesteynii pertineat, non determinabo.

* 451.

* 451. Tractatus de arte moriendi. *In fine:* Finis huius tractatus de arte moriendi. *Char. goth. min. sine sign. cust. & pagg. num. fol.* 8. *fol. min.*

Helmschr. II. p. 65.

452. Danielis somniorum expositoris veridici. Libellus incipit. *Haec in fronte fol. 1. a. char. goth. maior. In fine: Fol. 8. b. lin. 3. & sqq.*

Gratia sit altissimo deo. Expli-
ciunt somnia danielis pphe. si
vis scire quid somnium significet aperi
Psalterium : et primam lram quam
reperies in summitate folii tibi indicabit.
A significat potestatem vel dilectationem
B. Victoriam in bello significat.
lin. 27. et ult. Z thesaurum scat. *Praeteraque nihil.*

Char. goth. mai. & min. sine cust. sign. & pagg. num. foll. 8. 4.

Bibl. P. Nor. Braun II. p. 2. qui diversam ab hac editionem excitare videtur: Denis Suppl. p. 550.

453. Francisci petrarchae De remediis utriusque fortunae Libri II. *Praeit foll. 2. index: hunc excipit fol.* 3. Prologus autoris absque praeuia notitia. Auersa folii 53. pagina nouem tantum lineas complectitur; post illas legitur impressum: Vacat nec Vitio Nec Defectu. *Fol.* 88. *b.* Finit liber pmus de Remedys utriusque fortune laureati poete feliciter. *Fol.* 187. *a. lin.* 10. opus absoluitur, cui subnexum habetur. *Laus deo pax uiuis. Requies eterna defunctis. Char. goth. min. sine sign. cust. & pagg. num. lin. 39. fol.*

Braun I. p. 27. Helmschr. II. p. 65. Laire Ind. I. p. 166. Denis Suppl. p. 636. n. 5607. et 5608. Una eademque enim editio est — Fynero minime tribuenda.

454. Lotharii postea innocentii iii. p. m. Liber de miseria conditionis humanae, cum aliis opusculis. *In fronte fol.* 1. *a.* Incipit liber miserie condicionis humane a Lothario dyacono cardinali sanctorum Sergi et Bachi qui postea Innocencius papa appellatus est. Incipiunt capitula primi libri. *Hunc indicem excipit fol. eod. b.* praefatio ad Episcopum Portuensem. *Fol.* 36. *a. lin.* 17. Explicit liber de miseria condicionis humane. *Fol. eod. b.* Incipit breuis tractatus de creacione mundi de formacione angelorum de situacione et ordinacione mundi et pluribus aliis et primo de trinitate. *Fol.* 59. *b. lin.* 7. 8. Explicit summa breuis et utilis super diuersis composita Incipit summa penitentie breuis et utilis. *Fol.* 64. *b. lin.* 18. 19. 20. Explicit summa penitentie vtilis et breuis. Incipiunt sermones pro mortuis. Et primo pro pueris &c. *Fol.* 70. *a. lin.* 6. 7. Explicit liber bonus multum pro salute anime de diversis editus. Incipit litigacio sathane contra geny humanum. *Fol.* 78. *b. lin.* 18. *et ultima:* Explicit litigacio sathane contra geny humanum. *Char. rudior. min. goth. proxime ad Eggesteyn. accedente, at non, ut mibi quidem uidetur, eodem. Specimen exhibet Graff. II. Tab. 4. n. 3. sine cust. sign. & pagg. num. lin. 28. foll. 78. 4.*

Seemiller I. p. 167. Braun I. p. 30. ubi Henrico Eggesteyno datur. Denis Suppl. p. 605. Collectio nostra.

D. Typis GEORGII HUSNER (& JOHANNIS BECKENHUB.)

455. Joannis boccacii de ceraldo de casibus virorum illustrium. *Praeit fol.* 1. *a. Prologus cum sequenti inscriptione:* Johannis Boccacii de Ceraldis Historiographi Prologus in libros de casibus virorum illustrium incipit. *Finitur hic Prolog. fol.* 1. *b. lin.* 12. *In fine fol.* 152. *b.* Finit liber Nonus et ultimus Johannis Boccacii de ceraldo. de casibus virorum illustrium. Sequitur foll. 1½ registrum alphabetic. *Char. goth. quo Georg. Husner uaria u. g. Nideri praeceptor.* 1476. *dedit. Sine cust. sign. & pagg. num. lin.* 35. *fol.*
Bibl. P. Nor. de Murr Memorab. I. p. 312. *ubi Gunthero Zainer tribuitur; male! de la Vall. III. p.* 368. *Denis Suppl. p.* 517. *Helmschr. II. p.* 67.

456. Joannis boccacii de praeclaris mulieribus. *Incipit absque praeuia notitia fol.* 1. *a.* epistola ad Johannam reginam Siciliae. *Haec epistola fol.* 2. *b. lin.* 23. *finitur. Lin.* 24. *Incipit opus cum sequenti inscriptione:* Johannis boccacii de Cercaldo (sic) de mulieribus claris ad andream de Acciarol' de florentia Alteuille comitissam liber incipit felicit'. *In fine fol.* 82. *a. Explicit compendium. Johannis Boccacii de Certaldo. quod de preclaris mulieribus ac famam ppetuam edidit feliciter. Char. eod. goth. sine cust. sign. & pagg. num. lin.* 35. *fol.*
Bibl. P. Nor. de la Vall. III. p. 368. *Denis Suppl. p.* 517. *ubi Baemlero Augustano perperam adscribitur. Helmschr. II. p.* 67.

457. Jacobi carthusiensis Sermones. *In fronte:* Incipiunt sermones auctorisati (sic) a dno Nicolao papa quinto. Per eximium dnʒ doctoreʒ sacre theologie preʒ Jacobum cartusien domus extra muros Erfordeñ vicarium. *In fine nulla subscriptio. Char. eod. goth. sine sign. cust. & pagg. num. foll.* 185. *fol.*
Bibl. P. Nor. Denis Suppl. p. 589. *n.* 5158.

* 458. Guilielmi duranti Rationale divinorum officiorum. *Praeit fol.* 1. *b. Registrum col.* 2. *impressum. In fronte legitur:* Iste liber diuiditur in otoo (sic) libros. *Finitur fol.* 3. *b. Fol.* 4. *a.* Incipit Rationale ipsum. *In fronte:* Prologus Folium I. et infra: Incipit rationale diuinorum officiorum guilhelmi minatensis ecclesie episcopi. *Finitur opus fol. ult. a. quod supra signatum est: Fo. CCCLXXXV.* Quodlibet folium in parte aversa habet numerum Folii I. II. III. &c. et in parte reuersa, numerum libri, charactere romano expressum. *In fine:* Explicit rationale divinorum officiorum. *Char. goth. Husneri (cf. Braun. Vol. I. Tab. II. n.* 1. *Graff. Vol. I. Tab. V. n.* 26.) *sine sign. cust. & pagg. num. lin. non interruptis. fol. min.*
Bibl. P. Nor. Laire Ind. I. p. 127. *n.* 76. *Helmschrott II. p.* 66.

* 459. Guilelmi duranti Rationale diuinorum officiorum. *Praeit fol.* 1. *a. & b. col.* 3. Registrum. *In fronte legitur.* Hic liber diuiditur in octo libros. Primus liber habet nouem Rubricas. *Fol.* 2. *a.* Incipit rationale diuinorum officiorum guilhelmi minatensis episcopi. *In fine fol.* 197. (198) *a. Explicit rationale diuinorum officiorum. Char. eod. goth. sine sign. cust. & pagg. num. col* 2. *lin.* 57. *fol. mai.*
Bibl. P. Nor. Laire Ind. I. p. 127. *n.* 75. *Graff. II. p.* 221. *Braun I. p.* 31.

460. Hugonis de prato florido Sermones dominicales per totum annum. *Praeit index alphab. foll.* 9. *In fronte folii* 10: Incipiunt sermones dominicales super euangelia et epistolas per totum annum editi a fratre hugone de prato ordinis predicatorum. *In fine:*

fine: Expliciunt sermones dominicales super euangelia — fratris hugonis de prato ordinis predicatorum. Char. eod. goth. sine cust. sign. & pagg. num. lin. 40. foll. 477. fol.
Maitt. p. 759. Braun I. p. 33.

461. Petri aureoli Ord. Min. Breuiarium scripturae, seu Epitome universae S. Scripturae iuxta sensum litteralem. *Fol. 1. b.* Incipit ɔpendium literalis sensus totius biblie seu scripture editum a fratre petro aureoli ordinis minorum. *In fine: Compendium literalis sensus tocius diuine scripture tam biblie quam aliarum suis capitulis perpulchre distinctum et ut fertur editum a venerando fratre petro aureoli ordinis minorum Explicit feliciter. Eod. char. goth. sine sign. cust. & pagg. num. lin. 35. foll. 147. fol.*
Braun I. p. 32. Seemiller I. p. 110. Denis Suppl. p. 502. Laire Ind. I. p. 89.

462. Nicolai de lyra Moralia super totam Bibliam. *Praeit in fronte Prologus cum sequenti inscriptione:* Incipiunt Moralia super totam bibliam fratris Nicolai de Lira de ordine fratrum minorum sacre theologie venerabilis doctoris. *In fine: Expliciunt postille morales seu mystice super omnes libros sacre scripture. exceptis aliquibus qui non videbantur tali expositione indigere. Igitur ego frater Nicolaus de Lyra — deo gratias ago qui dedit mibi gratiam hoc opus incipiendi et perficiendi anno dni M.CCC.XXXIX. in die sancti georii martiris. Rogo etiam — qui actor est omnis boni. Char. eod. goth. sine sign. cust. & pagg. num. col. 2. lin. 57. foll. 224. fol. mai.*
Freyt. Adp. II. p. 735. Denis Suppl. p. 607. Lengn. Dant. n. 29. Helmschr. II. p. 66. Laire Ind. I. p. 151.

* 463. Sermones discipuli (Johannis Herolt) super epistolas dominicales. *In fronte fol. 1. a.* Sermones discipuli super epistolas dominicales elegantissimi per totius anni circulum collecta ex sermonibus wilhel. lugdun. et ex dictis sancti Thome. et dictis Johannis nider: et aliorum doctorum catholicorum incipiunt feliciter. *In fine fol. 131. a. Expliciunt sermones discipuli super epl'as dominicales per circulum anni: collecti Anno MCCCCXLmi ex sermonibus wilhelmi lugdunensis Epi: et ex dictis sancti Thome et dictis Johannis nider doctoris et ex dictis aliorum doctorum catholicorum et ex sermonibus sensati. Char. eod. goth. sine cust. sign. & pagg. num. lin. 37. fol.*
Bibl. capit. Sebald.

464. Margarita poetica: (alberti de eyb) opus clarissimum feliciter incipit. et primo praemittitur epistolaris prologus. *Praecedit* Tabula foll. 12. *In fine: Summa Alberti de Eyb vtriusq3 iuris doctoris eximii: que Margarita poetica dicitur. feliciter finit. Char. eod. goth. sine cust. sign. & pagg. num. col. 2. lin. 51. foll. 231. fol.*
Bibl. P. Nor. Denis Suppl. p. 561. Bibl. Schw. II. p. 43. de la Vall. II. p. 23.

465. S. anselmi Episc. Cantuar. Libri II. Cur Deus sit homo? *In fronte:* Anshelmi. Cantuariorum Archipresulis clarissimi. prefatio in librum cur deus homo. incipit. feliciter. *Terminatur fol. 30. b. lin. 35.* cuius verba sunt: *non nobis attribuere debemus, qui est benedictus in secula. Amen. Char. eod. goth. sine sign. cust. & pagg. num. lin. 35. fol.*
Bibl. P. Nor. Braun I. p. 31. Denis Suppl. p. 490. Helmschr. II. p. 68. Seemill. I. p. 109.

466. Lavrentivs vallens. de libero Arbitrio et Providentia divina. *In fronte litt. capital.* Laurentii Vallensis Oratoris Clarissimi De Libero Arbitrio Et Providentia Divina. Tractatus Feliciter Incipit. *Char. eod. sine sign. cust. & pagg. num. lin. 35. foll. 10. fol.*
Seemiller I. p. 147. Denis Suppl. p. 147. Braun II. p. 1.

467.

467. AVRELII. AVGVSTINI Iponensium psulis dignissimi. liber de osflictu viciorum et virtutum. incipit feliciter. *In fine: Laus deo. Char. eod. sine sign. cust. & pagg. num. foll.* 8. *fol.*
Bibl. P. Nor. Seemiller I. p. 109. *Denis Suppl. p.* 500.

468. S. AVGVSTINI Liber de duodecim abusivis seculi. Eiusdem sententiae de origine anime et de divinatione demonum sententia. *Eod. Char. sine sign. cust. & pagg. num. foll.* 8. *fol.*
Bibl. P. Nor. Seemiller I. p. 109. *Denis Suppl. p.* 500. *Helmschr. II. p.* 68.

469. ROBERTI CARACZOLI DE LICIO Opus quadragesimale de Poenitentia. *Praeit Index foll.* 13. *In fine: Sacre theologie magistri nec non sacri eloquii preconis celeberrimi fratris Roberti de Licio ordinis minorum professoris opus quadragesimale perutilissimum quod de penitentia dictum est finit feliciter. Char. eod. goth. sine cust. sign. & pagg. num. lin.* 40. *fol.*
Laire Ind. I. p. 603. *Denis Suppl. p.* 603. *n.* 5281. *forte?*

470. MAMMOTRECTVS sive Dictiones difficiles egentes declaratione omnium librorum Biblie. *Praecedunt* Praefatio editoris, registrum, prologus autoris. *In fine:* Liber expositorius totius biblie, ac aliorum que in ecclesia recitantur qui Mammotrectus appellatur. *Char. goth. uti videtur Ge. Husner (sic Laire Ind. I. p.* 154.) *sine sign. cust. & pagg. num. lin.* 36. (37) *foll.* 253. *fol.*
Laire I. p. 154. *Denis Suppl. p.* 609. *n.* 5338. *ex Seemill. I. p.* 185. *et Gemeiner p.* 34. *Ead. forte editio?*

* 471. JACOBI DE VORAGINE Legenda aurea Sanctorum vulgo Lombardica Historia. *Char. goth. Ge. Husneri, sine sign. & cust. cum numer. folior. roman. lin. non interruptis* 38. *foll.* CCCCXX. *fol. min.*
Seemiller IV. p. 127. *Helmschr. II. p.* 68.

E. *Typis* MARTINI FLACH & *aliorum.*

472. GVIDONIS DE MONTE ROCHERII Manipulus Curatorum. *Praecedit* tabula foll. 2. *Fol.* 3. Incipit feliciter doctissimi ac famosissimi viri domini Guidonis de monte Rocherii liber qui Manipulus curatorum uulgariter appellatur. In quo per necessaria officia eorum quibus cura animarum missa est secundum septem sacramentorum ordinem breuiter pertractantur. *In fine fol.* 130: *Deo gratias. Char. goth. maiusc. quo Mart. Flach* 1475. *Joh. Zamorens. speculum impressit. Sine sign. cust. & pagg. num. lin.* 36. *foll.* 130. *fol.*
Braun I. p. 33. *Denis Suppl. p.* 621.

* 473. Interrogatorium sive confessionale per venerabilem fratrem BARTHOLOMEVM DE CHAIMIS de mediolano, ordinis minorum. *Fol. ult. a. leguntur* 12. *disticha, quorum tria priora sic se habent.*

Si quem peniteat scelerum culpamque fateri
  Aures clauigeri presulis ante velit
Non indignetur docti precepta libelli
  Quique salutifere norma sit ampla vie.
Quis credet? Vetus abscondit sua crimina Chaym
  Culpam percusso fratre negauit &c.

Tria ultima disticha haec sunt:

Nec

Nec mora Christoforus populum coiisse fidelem
Valdarfer attenta protinus aure notat.
Exsaturemus, ait, dignandis agmina votis.
Deque Rhatispona quin damus artis opem
Civibus, hinc nostris Mediolanoque potenti
Impressit magnum maximus autor opus.

Ex his distichis, si quis inferre vellet, Mediolani per Christophorum Valdarfer typis expressam fuisse hanc editionem, a vero aberraret. Nullus enim hucusque apparuit liber Valdarferi, charactere hoc gothico expressus. Est potius idem, quo usus est Martinus Flach ad imprimendum Spec. vitae hum. 1475. *Dubium ergo non est, hanc editionem, ad illam, quam dedit Valdarfer Mediolani anno* 1474. 8. *quae eosdem exhibet in fine versus, ab hoc typographo Argentinensi fuisse excusam, qui aut ex ignorantia, aut ex consilio, tum textum, tum versus subscriptionis ad amussim repetiit. Factum hoc est ab alio etiam typographo Argentinensi, illo nimirum, qui Henr. Ariminensis tr. de quat. virt. cardin. impressit; quam editionem Interrogatorii, perperam Valdarfero datam (cf. Braun I. p.* 80.) *infra pag.* 93. *n.* 499. *excitabimus. Sine sign. cust. & pagg. num. lin.* 36. *fol.*
Laire Ind. I. p. 114.

* 474. Concilii BASILIENSIS BVLLA decernens B. Virginem Mariam esse sine labe conceptam, ac conceptionis festum per totam ecclesiam esse celebrandum. Historiae et Missae diebus SS. Annae, Joachim et Joseph festivis dicendae. Orationes ad laudem dei Matris, eius parentem, coniugis, sororum aliorumque consanguineorum. *Char. cod. goth. maiusc. sine sign. cust. & pagg. num. foll.* 34. *fol.*
Braun I. p. 34.

475. Tractatus de JVDEORVM et CHRISTIANORVM communione et conuersatione: ac constitutionum, super hac re innouatione. *In fine: Explicit tractatus de iudeorum et christianorum communione et conversatione, ac constitutionum super hac re innouatione. Char. cod. goth. sine sign. cust. & pagg. num. lin.* 33. & 34. *foll.* 15. *fol.*
Braun I. p. 34. *Schoepflin. p.* 39. *Denis Suppl. p.* 594. *Laire Ind. I. p.* 205.

476. Tractatus seu SVMMVLA BREVIS, de sponsalibus, matrimoniis, famosissimi iuris utriusque interpretis JOHANNIS AN. bononien. vtilis ac fere necessarius omnium animarum curam gerentibus. *In fine: finis huius. Char. cod. goth. sine sign. cust, & pagg. num. foll.* 9. *fol.*
Braun I. p. 35. *Denis Suppl. p.* 489. *n.* 4176. *Laire Ind. I. p.* 108.

* 477. ALBERTVS DE FERRARIIS de horis Canonicis. *Char. cod. maiusc. sine sign. cust. & pagg. num. lin.* 35. *foll.* 25. *fol.*
Laire Ind. I. p. 131.

478. C. CRISPI SALLVSTII Opera. *In fronte fol.* 1. *a.* Caij Crispi Sallustii de bello Jugurthino cõtra populũ romanum liber feliciter incipit. *In fine fol.* 40. *a. C. Crispi Sallustii de bello Jugurthino liber feliciter finit.*
De morte Jugurthe disticon
Qui cupis ignotum, Jugurthe noscere letum:
Tarpeie rupis trusus ad ima ruit.

M Fol.

Fol. 41. *a.* Caii Crispi Saluftii de Lucii Catiline coniuratione liber felicit' incipit. *Fol.* 60. *b. C. Crispi Salluftii de coniuratione Catiline liber feliciter finit. Char. gotb. uti videtur, eod. maiusc. Martini Flachen, cuius specimen, in aes incisum exbibet Cat. Bibl. de la Vall. III. p.* 143. *sine cust. sign. & pagg. num. lin.* 33. (34) *fol.*
Bibl. P. Nor. de la Vall. III. p. 143. Denis Suppl. p. 656. Laire Ind. I. p. 181.

479. Persii lvcillii avli flacci Poete Satirarum: liber feliciter incipit. *In fine fol.* 12. *b. Liber Persii Lucillii Aulii Flaccii feliciter finit. Explicit ignotus per totum Persius orbem. Char. eod. gotb. maiusc. sine cust. sign. & pagg. num. lin.* 30. *fol.*
Laire Ind. I. p. 165. Denis Suppl. p. 635. n. 5596.

* 480. S. thomae Summa de articulis fidei et ecclesiae Sacramentis. Tractatus de periculis, quae contingunt circa Sacramentum Euchariftiae. *Adhaeret* Eiusd. Epistola de Judaeis ad petitionem Comitissae Flandriae. *In fine: Et sic est finis. Char. eodem gotb. maior. sine cust. sign. et pagg. num. fol.* 1. 33. *habet lineas; foll.* 18. *fol.*
Laire Ind. I. p. 203.

481. Valasti de tarenta tract. de epidemia et peste. *Fol.* 1. *a.* Incipit tractatus de epidimia et peste domini valasti de tarenta: artium et medicine doctoris. excellentissimi plogus. *In fine fol.* 14. *a. Finis buius. Deo gratias. Char. gotb. maiusc. eod. sine sign. cust. & pagg. num. foll.* 14. *fol.*
Bibl. P. Nor. Denis Suppl. p. 685.

* 482. Johannis gerson Donatus. *Fol.* 1. *a.* Incipit donatus Venerabilis magistri Johannis Gerson Cancellarii Parisiensis. *Lin.* 1. (P) Artes oronis quot sũt. octo. *In fine fol.* 14. *lin.* 8. *& ultima:* corda vbi vera sunt gaudia. Sequitur: *Explicit donatꝯ egregii doctoris mgri iobannis Gerson Cacellarii Parisiensis. Char. eod. mai. foll.* 14. *lin.* 24. 4.
Coll. nostra.

483. Processvs lvciferi contra jesum coram judice Salomone (alias liber belial dictus, per jacobvm de ancharano.) *In fine: Explicit cõsolatio pctorum. Char. gotb. ut videtur, Martini Flacben, sine sign. cust. & pagg. num. lin.* 38. *fol.*
Pinelli I. p. 164. Denis Suppl. p. 676. n. 6011. Laire Ind. I. p. 81.

484. Sermones sancti avgvstini ad heremitas (sunt num. LIX) Accedit Sigisbertus in epistola ad macedonium &c. *In fine: Explicit. Char. gotb. min. Martini Flacb. col.* 2. *foll.* 107. 4.
Bibl. P. Nor. Denis Suppl. p. 501.

485. Expositio lvdolfi carthusiensis in Psalterium: qui et autor fuit vite christi. *Praecedit* Joh. Wimphelingi epistola *quae data est Spirae* 1491. *Cal. Januarii. In fine:*
Perge ludolfe foras: variasque feraris in vrbes.
Doctorum placido suscipiare sinu &c.
Accedunt foll. 2½: Francisci petrarche poete laureati psalmi penitentiales et devoti. *In fine: Finiunt psalmi cõfessionales. Fran. Pe. Char. gotb. ut videtur Mart. Flacb. cum sign. col.* 2. *fol.*
Bibl. P. Nor. Braun II. p. 64. Denis Suppl. p. 607.

486. Mallevs maleficarvm. *Fol.* 1. *b.* Appologia Auctoris in malleum maleficarum. *Sequitur* Tabula contentor. *Fol.* 5. prima pars operis incipit. *In fine partis tertiae fol.* 129.

129. b. l. 6: *Sit laus Deo. exterminium heresis. pax viuis. requies eterna defunctis. Amen. Char. goth. quo Joh. Pryss* 1487. *fascic. tempor. impressit. cum sign. col.* 2. *fol.*
Braun II. p. 2. Denis Suppl. p. 609.

487. M. ACC. PLAVTI Aulularia. *In fine:* Aularie Plautine finis: quem Anthonius Codrus homo facetissimus adiecit: *Atque opera prouidi Joannis Priiss Argentini eadem Comedia est exarata.* 4.
Denis Suppl. p. 640.

* 488. FASCICVLVS TEMPORVM. *Incipit absque praeuia notitia fol.* 1. *a. cum sign. a.* 1. *sic:* Generatio et generatio laudabit opera tua &c. *Procedit ad annum usque* 1474. *In fine fol.* 65. *a.* Opusculum vtique omni statui. atque hominum gradui ad vitam exemplandum perutile. continens succincte progressum patrum ab initio mundi vsque ad hoc tempus. cum actis notabilioribus eorundem. Quod deuotus quidam Carthuss. eius autor. 1. Fascieulum temporum nuncupauit. *Fol.* 66. *a.* Tabula breuis et vtilis super libello quodam qui dicitur Fasciculus temporum Incipit feliciter. *Fol.* 73. *a.* Explicit tabula fasciculi de tempore perutilis et necessaria. *col.* 2. *Char. goth. ut uidetur Joannis Gruningeri* (*cf. Grass. Tab. III. n.* 12.) *cum sign. & figg. lign. incis. fol.*
Editio prima sine nota anni et ad Coloniensem anni 1474. *expressa. Extat exemplum apud nos. Cf. Riedereri Nachr.* III. *p.* 282.

489. JACOBI WIMPHELINGII Isidoneus Germanicus Ad R. P. D. Georgium de Gemmingen. Spirensem prepositum. De erudienda Juuentute. Epistola eiusdem. Ad filios Philippi. Com. rhe. Pala. in Fridericum victoriosissimum Bauarie Ducem oratio funebris Ac ipsius epigrammata in eundem. *In fine: Actum per magistrum Johannem Grüninger ciuem Argentinen. Circa* 1496. 4.
Denis Suppl. p. 696.

490. EJVSDEM Idem Liber ISIDONEVS. *In fronte:* Isidoneus — JACOBI VIMPFELINGI Slestatini. *Sequitur* epistola Jacobi Han Argentinens. ad Comit. in Henneberg Canon. Argent. *Ultimam paginam occupat* Tabula huius opusculi. *Char. goth. cum sign. foll.* 25. 4.
Braun II. p. 4. qui editionem hanc, ab antecedente diversam, Argentinae impressam esse asserit.

491. VARILOQVVS Idem vocabulum diuersimode acceptatum varie theutunisando exprimens — compilatus per — JOHANNEM MELBER de gerolczhofen — sub uenerando JODOCO EYCHMAN DE KALW. *In fine:*

Hunc nuper librum Knobloucbus rite premebat.
Cuius apud Tribonos calcbographia viget.

Ergo Argentinae aut Sletstadii. 4.
Denis Suppl. p. 616. n. 5392.

492. FASCICVLVS TEMPORVM omnes antiquorum cronicas complectens. *fol.* 1. *a. Icon viri librum Imperatori offerentis. Praecedit* Tabula col. 2. foll. 5. Procedit usque ad annum 1490. *et finitur fol. XC. b. Char. goth. quo Joh. Gallensis Summa collation.* 1489. *Argent. impressa est. cum figg. & foll. num. roman. c. figg. lign. incis. fol.*
Goetze I. p. 132. Clement VIII. p. 257. Denis Suppl. p. 562. n. 4889. Coll. nostra.

* 493. Directorium Statuum. Seu verius. Tribulatio seculi. *Praeit* epistola Wimphelingii ad Petrum Attendorn bibliopolam Argentin. *In fine: Epistola de miseria curatorum. Char. goth. foll.* 24. 4.
Bibl. P. Nor.

494. Horologium Devotionis. *Adhaeret* Thomae de Kempis de Imitat. Chr. *Argent.* 1489. *Char. goth.* 8.
Denis Suppl. p. 588.

495. Sermones per aduentum domini cum multis aliis inclusis. sermocinanti perutiles. famosissimi predicatoris Maiistri rvberti de licio italici ordinis minorum. *Praeit* Tabula et adhaeret: dominici bollani Quaestio de conceptione gloriosissime virginis Marie: *In fine: Deo gratie infinite. Char. goth. quo eiusd. Quadragesimale Argent.* 1485. *prodiit. Cum sign. col.* 2. *lin.* 47. *foll.* 117.
Denis Suppl. p. 603. *n.* 5283. *Id. p.* 518. *num.* 4439.

496. Felicis malleoli Vulgo hemmerlein: Decretorum doctoris iure consultissimi. De Nobilitate et Rusticitate Dialogus. sacre Theologie: iurium: philosophorum et poetarum sententiis: hystoriis et facetiis refertissimus. De Switensium ortu: nomine: confederatione: moribus: et quibusdam (utinam bene) gestis. Processus iudiciarius coram deo habitus: inter nobiles et Thuricenses ex una: et Switenses partibus ex altera: cum sententia diffinitiva et eius executione. Epistola nomine Caroli magni ad Fridericum Tercium Romanorum regem: qua de celo eum hortatur; ut de Switensibus vindictam sumat. *In fine: Ad Lectorem*

Quantumcunque leges minimum: te lectio parva
Vix satiet: veniam si dabis ipse stilo.

Vixit Foelix iste Malleolus circa annum domini. MCCCCXXXXIIII. (Procurator editionis videtur Sebast. Brant, fortasse Argentinae) *Char. goth. foll.* 155. *fol.*
Gemeiner p. 284. *Freyt. anal. p.* 435. *Denis Suppl. p.* 609.

F. *Sequentes libros ad unum eundemque typographum Argentinensem, cuius nomen adhuc latet, pertinere, typi gothici maiusculi, quo impressi sunt, docent. Character illorum distinctivus est forma singularis litterae* R. *cf. Braun I. Tab. V. n. VII. Graff. I. Tab. V. n.* 30. *ubi Christophero Valdarfero, at perperam, adscribuntur.*

497. Henrici ariminensis Tr. de quatuor virtutibus cardinalibus. *Praeit foll.* 10. Thomae Dorniberg de Memmingen Index alphabeticus. *In fine:* Completa est hec tabula remissoria per me Thomam Dorniberg antedictum de Anno dni Millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo Ipsa die sancti Martini pape. *Fol.* 11. *a. incipit opus cum sequenti inscriptione rubro colore expressa:* Incipit tractatus de Quatuor uirtutibus cardinalibus editus et expositus ad Cives Venetos per frem Henricum Ariminensem. *In fine operis fol.* 147. *a. Tractatus pulcherrimus de quatuor virtutibus cardinalibus per fratrem heinricum ariminensem ad venetos editus totam vere philosophiam moralem complectens. vna cum exemplis et historiis, tam ex diuinarum quam humanarum scripturarum auctoribus sumptis ad conficiendum arengas collatones. et sermones vtilissimos. arte impressoria*

soria Argentine artificiose effigiatus, feliciter explicit. Char. goth. sine sign. cust. & pagg. num. foll. 147. fol.

Bibl. P. Nor. Laire Ind. I. p. 262. ad ann. 1472. refert. Denis Suppl. p. 493. Id. p. 34. excitat edition. Argentin. a. 1474. ex Bibl. Neost. quam, non aliam, quam hanc nostram, esse, puto. Bibl. Heidegg.

* 498. Aeneae sylvii Poetae Senensis de duobus Amantibus Eurialo et Lucretia opusculum. *In fine*: Explicit — impressum Argentinae anno domini 1476. *Sequitur* Epistola aeneae sylvii de amoris Remedio. *In fine*: Amoris Remedium finit. *Char. eod. goth.* 4.

Bibl. Heidegg. Diversam forte ab hac editionem ex Bibl. Uffenb. App. p. 25. excitatam, anni 1476. vid. supra p. 21. n. 24.

499. Bartholomaei de chaimis de Mediolano Interrogatorium siue Confessionale. *In fronte fol.* 1. *a.* Incipit interrogatorium siue confessionale per venerabilem fratrem Bartholomeum de chaimis de mediolano ordinis minorum compositum in loco sancte marie de angelis apud mediolanum. *In fine operis* 12. *disticha leguntur*, *quorum primum:* Si quem peniteat scelerum culpamque fateri
Aures clauigeri presulis ante velit:

Tria ultima: Nec mora Christoferus populum coysse fidelem.
Valdarfer attenta protinus aure notat.
Exsaturemus ait dignandis agmina votis.
Deque Ratispona quin damus artis opem.
Quibus hinc nostris Mediolanoque potenti
Impressit magnum maximus auctor opus.
Deo gratias.

Char. gothic. eod. quo opus anteced. excudit typographus ille Argentinensis ignotus, *qui*, *aut ex ignorantia*, *aut studio hos versus ex Editione Valdarferi Mediolanensi anni* 1474. 8. *repetiit*; *ut iam supra* p. 88. *num.* 473. *monuimus*. *Valdarferus enim nunquam eiusmodi typis gothicis impressit. Sine sign. cust. pagg. num. lin.* 32. *fol.* 137. *fol.*

Braun I. p. 80. ubi Valdarfero datur. Laire I. p. 115. ubi typographo Argentinensi vindicatur. Denis Suppl. p. 534. n. 4612. forte?

500. Hugonis a s. victore Libri Septem Didascalicon et liber Sententiarum seu assertionum cum aliis quibusdam opusculis. *Fol.* 1. *b.* Incipiunt capitula septem librorum didascalon magistri hugonis prioris sancti victoris. *Fol.* 3. *b.* Incipiunt capitula sequentis operis magistri hugonis — de sententiis vel assertionibus in quibusdam verbis divinis et rerum naturis. *Fol.* 6. *b.* Et sic est finis registri libri sententiarum vel assertionum 2c. *Fol.* 7. *a.* Incipit didascalon. magistri hugonis. de studio legendi. *Fol.* 153. incipiunt Sententie vel assertiones &c. *In fine totius operis fol.* 244. *a. lin.* 27: *Deo gratias. Char. goth. eod. sine sign. cust. & pagg. num. lin.* 33. *fol.*

Bibl. P. Nor. Laire I. p. 144. Braun I. p. 84. Seemiller I. p. 112. ubi Valdarfero, Zapf. Augsp. B. G. I. p. 142. ubi Gunth. Zainero datur — male. Denis Suppl. p. 589. Helmschr. II. p. 47.

501. Mammotrectus (joh. marchesini Ord. Min.) seu expositio vocabulorum quae in Bibliis, Hymnis ecclesiasticis, Homiliis per anni cursum publice leguntur. *Fol.* 1. *a.* Incipit pſatio in mammetractum. *Sequitur* registrum *quod fol.* 2. *l.* 24. *finitur.*

Fol. 3. incipit opus cum praefatione autoris absque praeuia notitia. *Finitur fol.* 151. *b. col.* 1. *Char. goth. eod. maiusc. Sine sign. cust. & pagg. num. col.* 2. *lin.* 47. *foll.* 151. *fol. max.*

Bibl. P. Nor. Seemiller I. p. 113. *Denis Suppl. p.* 610. *n.* 5339. *Bibl. Heidegg.*

502. Expofito Officii MISSAE. *In fronte fol.* 1. *a. colore rubro:* Officii misse, sacriqʒ canonis expositio! et signorum que inibi quotidie fiunt mistice representacionis declaratio! cum periculorum contingere potentiū obuiacone! in alma vniversitate lipczensi edita! incipit feliciter. Sequitur Epistola ad Reverendos patres ac dominos academiae Lipsiensis; hanc excipit *fol.* 2. *a.* brevis autoris praefatio. *Fol.* 3. *a.* incipit Liber primus, *qui fol.* 50. *b. terminatur. Fol. seq.* incipit Liber sec. qui terminatur *fol.* 180. *a. Sequitur fol.* 181. *a.* Tabula huius libri, quae *fol. seq. a. lin.* 29. finitur. *Eod. char. goth. sine sign. cust. & pagg. num. lin.* 35. *fol.*

Bibl. P. Nor. Seemiller II. p. 153. *Denis Suppl. p.* 618. *Bibl. Heidegg. ubi et aliud exemplum extat, in quo inscriptio atro colore expressa est.*

* 503. ROBERTI DE LICIO Opus Quadragesimale. *In fronte fol.* 1. *a:* Sacre theologie magistri nec non sacri eloquii pconis celeberrimi fratris Roberti de Licio ordinis minorum opus quadragesimale perutilissimum quod de penitentia dictum est. Feliciter incipit. *Sermo LXXIII. qui ultimus est, fol.* 397. *b. lin.* 10. *finitur. Fol.* 398. incipit tabula omnium sermonum contentorum in hoc volumine. Tabula hac *fol.* 401. finita, Incipit registrum, quod cum breui epilogo *fol.* 415. *a.* finitur. *Char. eod. goth. sine sign. cust. & pagg. num. lin.* 35. *fol.*

Bibl. P. Nor. Braun I. p. 85. *Graff. p.* 240.

504. S. BERNHARDINI SENENSIS Sermones de contractibus & usuris. *Praeit* Tabula sermonum foll. 7. *Fol.* 8. quod in fronte numero I. signatum est, incipit Tractatus de contractibus et usuris. scdm sanctum Bernhardinum de Senis. ordinis fratrum minorum. *In fine voluminis fol. CLXII. a. Laus et bonor deo. Char. goth. eod. sine cust. & sign. cum num. fol. in medio. lin.* 32. *fol. min.*

Bibl. P. Nor. Seemiller I. p. 115. *Denis Suppl. p.* 509. *Helmschr. II. p.* 46.

505. Summa Magistri JOHANNIS DE AVRBACH. *Praeit fol.* 1. *b.* Index capitulorum. *In fronte fol.* 2. *a.* Summa magistri Johannis de aurbach Vicarii Bambergensis. *Sequitur* eiusdem prologus, quo fol. 2. b. lin. 26. finito, incipit primum capitulum: De actu auditionis confessionis: *Fol.* 52. *et ultimo a. Deo gracias: Finit libellus. diuina ecclesie sacramenta. que numero septem et alia quamplurima secum versans, psalubria feliter. Char. goth. eod. sine sign. cust. & pagg. num. lin.* 33. *fol.*

Bibl. P. Nor. Braun I. p. 85. *Denis Suppl. p.* 502.

506. S. AVGVSTINI Episc. Hippon. de Trinitate Libri XV. *In fronte fol.* 1. *a.* Sentencia beati augustini de libro retractationum. Tum immediate sequitur: Epistola augustini yponensis ad aurelium episcopum cartaginensis ecclesie. *Fol.* 3. *b.* Capitula libri primi. *in fine* operis: *Aurelii augustini episcopi liber de trinitate finit feliciter. Char. eod. goth. sine sign. cust. & pagg. num. col.* 2. *lin.* 47. *foll.* 150. *fol. mai.*

Braun I. p. 82. *Seemiller I. p.* 34. *cf. p.* 35. *not.* * *Denis Suppl. I. p.* 500. *n.* 4283. *Laire Ind. I. p.* 87.

507. S. AVGVSTINI Liber Prolocutionis et contemplationis. *In fronte fol.* I. *a.* Incipit liber prolocutionis beatissimi patris nostri Augustini et eius contemplatione. *In fine: Explicit liber de meditatione beatissimi patris nostri Augustini. deo gratias. Char. eod. sine sign. cust. & pagg. num. foll.* 14. *fol.*
Seemiller I. p. 112. *Denis Suppl. p.* 498.

* 508. SENECA de forma et honestate vitae. *In fronte fol.* I. *a. rubro:* Incipit seneca de forma ac honestate vite feliciter. *In fine: Finis Senece. Char. eod. foll.* 4. *fol.*
Bibl. P. Nor. Laire Ind. I. p. 182. *Bibl. Heidegg.*

* 509. SENECA de remediis fortuitorum ad Gallionem. *In fine: Annei lucii Senece de remediis fortuitorum liber explicit. Char. eod. foll.* 6. *fol.*
Bibl. P. Nor. Laire Ind. I. p. 182.

510. S. THOMAE AQVINATIS de veritate catholicae fidei contra errores infidelium Libb. IV. *Praeit fol.* I. Tabula capitulorum Libri primi. *In fronte fol.* 2. *a.* Incipit liber primus de veritate catholice fidei. contra errores infidelium. Editus a fratre Thoma de Aquino, ordinis fratrum predicatorum. Liber quartus *fol.* 247. *b. linea* 36. absolvitur, cui subiectum habetur: *Laus et honor deo. Char. eod. goth. sine sign. cust. & pagg. num. lin.* 49. *foll.* 247. *fol. mai.*
Bibl. P. Nor. Seemiller I. p. 115. *Braun I. p.* 83. *Denis Suppl. p.* 677.

511. Tractatus de doctrina dicendi et tacendi ab ALBERTANO CAVSIDICO Brixensi de ore beate agathe compositus. sub anno M.CCC.LV. feria quarta post vincula petri. *Sic in fronte fol.* I. *a.* Sequitur praefatio autoris. *In fine: Et sic est finis. Char. goth. foll.* 10. *fol. min.*
Seemiller I. p. 110. *Helmschr. II. p.* 48. *Denis Suppl. p.* 483. *n.* 4118. *Bibl. Heidegg.*

512. JOANNIS GERSON Alphabetum divini amoris. *Praeit* prooemium *fol.* I. sine omni inscriptione: Ad honorem omnipotentis dei: aliquos modos — propono conscribere. *In fine fol.* 20. *a. Explicit Alphabetum divini amoris. de eleuatione mentis in deum. venerabilis magistri Joh. Gerson Cancellarii parisiensis. Char. eod. goth. Sine sign. cust. & pagg. num. foll.* 20. *fol.*
Seemiller I. p. 111. *Braun I. p.* 85. *Denis Suppl. p.* 572.

513. P. TERENTII AFRI Comoediae. *In fronte fol.* I. *a.* Publii Terentii Affri poete comiti (sic) commendiarum (sic) liber Incipit foeliciter. His subiectum legitur:

Epitaphium Terentii
Natus in excelsis tectis cartaginis alte
Romanis ducibus bellica preda fui &c.

Epitaphium sequitur Argumentum Andrie. *In fine operis: Publii Terencii Affri Poete Comiti Comediarum liber finit. Char. goth. eod. sine cust. sign. & pagg. num. lin.* 21. *foll.* 167. *fol.*
Maitt. p. 391. *item p.* 752. *forte? Braun I. p.* 83.

* 514. PSALTERIVM Latino germanicum cum glossa. *Praeit fol.* I. *a. Praefatio latina cum sequenti inscriptione:* De commendatione libri psalterii et vtilitate legendi et psallendi in psalterio sequitur et est talis. *foll.* 2. *Fol.* 3. *Sequitur* Ein kurtz vorrede vber den psalter &c. *foll.* 2. *Opus incipit fol.* 5. *et terminatur fol.* 385. *b. lin.* 35. Sequitur

tur Registrum quod *fol.* 394. *a.* finitur absque ulla subscriptione. *Char. goth. eod. maiusc. sine sign. cust. & pagg. num. lin.* 36. *fol. min.*

Denis Suppl. p. 646. n. 5713. Annal. litterat. teutonic. p. 17.

515. Leonardi aretini Comoedia Graccus et Poliscene. *In fronte fol.* 1. *a.*

Corripio mres gnatasne numina ducant
Sanctorum spectare virum, nec grandia gesta
Quas pcerum iamiam lactat seducere luxus
Seruorum mores, ancillas corrigo &c.
Perlege tu quenque comicum iuuat esse poetam
Que mea musa notat nec despice credere lector

Sequuntur contenta comoediae. Personae sunt: Graccus, filius cuiusdam senis Machary. Poliscena filia Calphurnie. Gargulio servus Gracci. Tharantantara, vetula, quam Graccus domi nutriebat. *In fine: Finit feliciter leonard9 Aretin9 in monasterio, Sorteñ. Anno dni M° qdringentesimo septuagesimo octauo. Char. goth. eod. sine sign. cust. & pagg. num. lin.* 19. *semotis a se invicem. foll.* 14. *fol.*

Maitt. p. 391. *cui exemplum ad manus fuisse videtur, quod cum praecedenti editione Terentii, iisdem charact. expressa, compactum erat. cf. not. * De monasterio Sorten - Sortensi - nihil habeo, quod dicam; hoc scio, libellum hunc Argentoratensi illi typographo, cuius opera hucusque recensuimus, minime abiudicandum esse. Exemplum, quod olim in collectione Moerliana Norimbergae extabat (Vid. Eiusd. Catal. P. I. p.* 32. *n.* 165. *c.) ornamentum nunc est Bibl. illustr. Heideggeri.*

516. Gvilielmi Postilla in Epistolas et Evangelia de tempore, diebus dominicis, Sanctis, Communi Apostolorum Martyrum &c. et pro defunctis. *Praeit Prooemium autoris quod incipit:* (V) Itam bonam et exitum beatum. Ego frater Givillermus sacre theologie pfessor &c. *In fine fol.* 215. *a. Explicit postilla super euangelia dnicalia, et super euangelia de sanctis secundum sensum litteralem collecta. Euangeliorum textus. char. eod. mai. Typi, quo impressa est postilla, minores sunt, forte Georgii Reyseri. cf. Braun I. Tab. V. n. V. & VI. sine sign. cust. & pagg. num. lin.* 41. *fol.*

Seemiller II. p. 157. *Bibl. Capit. Sebald. Denis Suppl. p.* 579. *Helmschr. II. p.* 48.

* 517. Tractatus de Judaeorum et Christianorum Communione et Conversatione ac Constitutionum super hac re innovatione. *In fine: Explicit tractatus de iudeorum — ac Constitutionum super hac re innovacone. Char. goth. eod. sine sign. cust. & pagg. num. foll.* 15. *fol.*

Strauss Monum. p. 54. *Helmschr. II. p.* 47.

*518. Petri comestoris Historia scholastica. *Praecedit* epistola dedicatoria ad Gullhelm. Archiepiscopum Senon. *In fine:* Explicit historia scolastica. *Char. eod. sine sign. cust. & pagg. num. col.* 2. *lin.* 42. *foll.* 303. *fol. mai.*

Bibl. Heidegg. Seemiller I. p. 182.

* 519. (petri lombardi) Textus Sententiarum. *Char. eod. sine sign. cust. & pagg. num. fol. mai.*

Bibl. Heidegg.

* 520. S. bernhardi Sermo de humana miseria. *Char. eod. sine sign. cust. & pagg. num.* 4.

Bibl. Heidegg.

* 521. S. BONAVENTVRAE Breuiloquium, ſeptem conſtans partibus: De trinitate dei. Capit. IX. De creatura mundi. Capit. XII. De Coruptela Peccati. Capit. XI. De incarnatione. verbi Capit. X. De gratia ſpiritus Sancti. Capit. X. De medicina ſacramentali Capit. XIII. De ſtatu finalis Judicii. Capit. VII. *Praecedit Prologus abſque praeuia notitia. Incipit:* (F) Lecto genua mea &c. hunc excipit Tabula capitulorum. foll. 8. *Fol.* 9. *incipit* Pars *prima* his uerbis: (I) n principio intelligendum eſt &c. *Opus finitur fol. ult. a. lin.* 15: *culorum amen. Char. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. fol.*

Bibl. Heidegg.

* 522. Dialogus MALOGRANATVM dictus. *Fol.* 1. *a. absque titulo incipit praefatio bis verbis:* Et dabo tibi muſtum malorum granatorum meorum. can. VIII. *In fine fol.* 214. *a.* Explicit. *Char. goth. eod. quo typographus iſte ignotus Argentinenſis, Ludolphi vitam Chriſti* 1474. *(p.* 19. *n.* 15.) *dedit. Sine ſign. cuſt. & pagg. num. lin.* 54. *foll.* 214. *fol. mai.*

Bibl. P. Nor. Braun I. p. 29. *ubi Eggenſteynio datur.*

523. Dialogorum S. GREGORII MAGNI Libri quatuor. *Incipit ſine ulla inſcriptione fol.* 1. *a. bis verbis:* Quadam die nimiis quorundam ſecularium &c. *In fine:* Explicit liber quartus Dyalogorum gregorii. *Char. eod. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. col.* 2. *lin.* 42. *foll.* 57. *fol.*

Bibl. P. Nor. Seemiller I. p. 173.

*524. JACOBI DE VORAGINE Legenda ſanctorum ſeu Lombardica hiſtoria. *Incipit ſine ulla inſcriptione fol.* 1. *a. bis verbis:* Univerſum tempus preſentis temporis &c. *In fine fol.* 283. *a.* Explicit lombardica hiſtoria ſanctorum. *Char. eod. goth. ſine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 283. *fol.*

Bibl. P. Nor.

525. LOTHARII, poſtea INNOCENTII III. P. M. Liber de miſeria humanae conditionis. *In fronte fol.* 1. *a. legitur:* Liber de miſeria humane condicionis. Lotarii dyaconi. ſanctorum Sergi et Bachi cardinalis qui poſtea Innocentius tercius appellatus e. Anno dni MCCCCXLVIII. Et ht tres ptes. qrum Prima tot ht capla quot aſſignantur tituli. *Hanc inſcriptionem immediate excipit:* Regiſtrum caplorum prime partis. *In fine:* Explicit liber de miſeria conditionis humane. *Char. goth. grand. & craſſior. cuius ſpecimen exhibet Schoepfl. Tab. I. Sine ſign. cuſt. & pagg. num. foll.* 36. *fol. min. Primordiis typographiae Argentoratenſis Schoepflinus hunc librum accenſuit, putauitque illum anno ſupra indicato* 1448. *per Guttenbergium typis mandatum fuiſſe. At hunc annum, non tempus impreſſionis, ſed illud quo deſcriptus fuit hic libellus, denotare, certiſſimum eſſe puto. De typographo nihil certi determinare licebit, cum nomen illius non expreſſum ſit; interim typi, quantum ex ſpecimine, quod exhibuit Schoepflinus, iudicare licet, proxime ad illos accedere videntur, quibus libri hactenus recenſiti expreſſi fuerunt.*

Denis Suppl. p. 605. *Eiusd. Merkw. der G. B. p.* 191. *Gemeiner p.* 4. *Schelhorn. diatr. p.* 8. *Hamberg. Nachr. IV. p.*346. *Bibl. Heidegg.*

* 526. GVILLELMI Poſtilla in Euangelia et Epiſtolas de tempore et Sanctis. *In fronte nulla inſcriptio; praefatio autem ſequentibus verbis incipit:* Vitam bonam et exitum beatum Ego frater Guillermus &c. *In fine fol.* 261. *b.* Explicit poſtilla ſuper euangelia dominicalia et ſuper euangelia de ſanctis ſecundum ſenſum litteralem collecta Anno

domini MCCCCXXXVII. ex postillis et sermonibus illorum sacre pagine doctorum &c. *Sequitur* fol. ultimo Modus legendi nomina doctorum abbreuiata in isto libro, *lin.* 12. *Characteres eosdem plane esse, quibus praecedens liber Lotharii impressus est, monet Cl. Braun I. p.* 103. *qui et Tab. VIII. n. I. Specimen illorum exhibuit; de typographo autem nihil determinauit. Sine sign. cust. & pagg. num. lin.* 30. *aut* 31. *foll.* 262. *fol.*

Braun I. p. 103.

XIII. ARIMINI.

MCCCCLXXXVI.

R. Josephi ALBO Sefer ikkarim, seu liber fundamentorum. *Arimini* 1486. *fol.*

Maitt. p. 481. *Marchand p.* 81. *Arimini per Soncinatem. Mercier Suppl. p.* 99. *Non est Arimini, sed Soncini; ergo idem liber, quem Maitt. p.* 474. *Soncini impressum iam indicaverat. Ariminiensis est anni* 1522. *uti recte monet Cl. Rossi de hebr. typogr. p.* 39. *edit. Erlang.*

XIV. AVENIONE.

MCCCCXCVII.

1. LVCIANI Palinurus, SCIPIO Romanus, Carmina heroica in Amorem; Asinus aureus. BRVTI et DIOGENIS CYNICI epistolae, omnia latine (Gellius Bernardinus Marmita Parmensis dedicat Clementi de Runere Episcopo et comiti Mimaten. ac Avenionis Vicelegato) *Avenione, impensa Nicolai Lepe civis Avinionensis Idib. Octob.* 1497. 4.

Maitt. p. 635. *Denis Suppl. p.* 425. *ubi Diogenis Cynici Philosophi aliorumque Epistolae. Menkenii Catalog. I. p.* 105.

MCCCCXCIX.

2. ARNALDI BADETI Breuiarium siue tractatus de mirabilibus mundi et eius compositione secundum triplicem viam, Theologorum videlicet, Astrologorum, & Philosophorum, excusum. *Avenione* 1499. 4.

Maitt. p. 705. *March. Hist. p.* 85. *ad ann.* 1489. *refert - male quidem! Est enim in Suppl. Bibl. Gesn. per du Verdier, annus* 1499. *recte expressus. cf. Mercier Suppl. p.* 107.

M. D.

* 3. ROFFREDI uel ODOFREDI Beneventani Tractatus libellorum super utraque censura cum questionibus Sabbatinis castigatus à Petro Miloti, Petro Tepe et Joanne Pabeyrani dicto gandarre scholastico. *Impressit Dominicus Anselmus Auenionensis, Avenione altera Roma vltima kal. Marcias* 1500. *fol.*

Bibl. Bodl. II. p. 428.

4. ROFFREDI vel ODOFREDI Beneventani Tractatus de ordine iudiciorum super iure Caesaris & Pontificis. *Avenione* 1500. *fol.*

Maitt. p. 724. *Idem forte liber?*

XV.

XV. AVGVSTAE VINDELICORVM.

MCCCCLXVIII.

1. (BONAVENTVRAE) Meditationes Vite Domini nostri Jesu Christi. *Praecedunt* fol. 1. index capitum et Prologus, cum sequenti inscriptione: Prologus in meditaciones Domini nostri ihesu christi. *Fol.* 2. incipit Prologus. *In fine: Impressum est hoc presens opusculum in augusta per me Gintherum dictum Zeyner de reutlingen. IIII° ydus marcii Anno LX° octauo. Char. gotb. sine sign. cust. & pagg. num. lin. 35. foll. 71. fol.*

Primum hoc est Augustae impressum opus, cum indicio anni, et loci impressionis, ac nominis typographi. Braun I. p. 124. Denis Suppl. p. 2. Zapfii Augsp. Buchdr. Gesch. I. p. 3. II. p. 211. Straus monum. p. 104. Meusel. Magaz. II. p. 257. Bibl. Anspac.

MCCCCLXIX.

2. SVMMA magistri JOHANNIS de AVRBACH. *Praecedit fol.* 1. *b.* Index capitulorum, cum sequenti inscriptione: Pro capitulis libri facilius requirendis. *Fol.* 2. *a.* Summa incipit praeuia sequenti notitia: Summa magistri Johannis. De aurbach. Vicarii Bambergensis. *In fine fol.* 49. *b.* Finit libellus diuina ecclesie sacramenta. que numero septem. et alia quam plurima secum versans persalubria pro uiris ecclesiasticis maxime curatis — *a Gintbero Zeiner de Reutlingen. artis huius ingeniose magistro. in vrbe augustensi feliciter impressus. A partu virginis salutifero anno currente Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono. Char. gotb. ad Schüsslerian. proxime accedunt. sine sign. cust. & fol. num. lin. 35. fol.*

Maitt. p. 281. à Sauberto Hist. B. N. p. 117. deceptus, pro hac Jo. de Aurb. Summa, quae extat in Biblioth. P. Norimb. excitavit: Biblia latina per Johannem de Aurbach, Reutlingae 1469. pessime quidem! Denis Suppl. p. 3. Weisling. p. 18. Zapf. I. l. c. p. 4. Grass. p. 2. Laire Ind. I. p. 69. Bibl. P. Nor. Bibl. Heidegger.

3. Summa JOHANNIS DE JANVA, quae vocatur CATHOLICON. *In fine:* Hexametri XIX. quorum primi novem per capitales suas nomen GVNTHERVS efficiunt.
Sextus: Ex Reutling Zainer hic dicitur esse magister
Decimus quartus: Mille quadringenti queis sexaginta novemque
Adjice. vindelica finitur. in urbe serena.
Decimus nonus: Cum Paulo secundo Papa. Imperante Fridrico
Deo gratias.
